



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

14. Executores vltimarum voluntatum constituti à iudice ecclesiastico, vel adiuncti, præter testatoris ordinationem, quid qualitérue agere debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

praesidia proponerentur, permissa est omnibus hominibus accusatio, si quid videant aduersus testamenti ordinationem, praesertim in pijs causis. l. nulli. in fi. C. de epis. & cler. Et ne pium (ait) defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate celaretur, quicquid pro huiusmodi causa à testatore relicta fuerit, vniuersi, qui id quocumq; modo cognouerint, vel in viri clarissimi rectoris prouincia, vel in urbis episcopi notitiam deferendi, liberam habeant facultatem. Nec delatoris nomen suspitionemq; formident: cum fides atq; industria eorum, tam laude quam honestate non careat, ac pariter pietate: cum veritatem in publicas aures lucemq; deduxerint.

Sed ponamus † neminem vnquam tales leges 13
scripsisse, de conseruanda vltima voluntate: certè natura & Deus insculpsit eas cordibus hominum. Quare & Apostolus argumentatur ab humano testamēto, quod ratū esse oportet: ad testamētū Christi seruatoris nostri. Quae igitur maior possit esse crudelitas, quam extremam voluntatem interuertere,

Sed † quid, si index ecclesiasticus constituat 14
M 3 executores

executores, vel adiungat alios, quam testator ipse scripserit? Respondeo? Iustis maiorum preceptis reuerenter obtemperandum est: sed talia mandata, si decernerentur, essent ipso iure nulla: non, quasi liceat contemnere, verum ideo, quoniam iure permittitur illis casibus nõ obsequi. l. vlt. C. si cont. ius vel utilita. publi. De-

15 bent † tamen causa rationabiles allegari, vt sit excusatus is, qui non paruit. c. si quando aliqua. de rescrip. Quia patienter (inquit Alexander) substinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit in sinuatione suggestum. c. ab excõicato. eo. ti. tractatur satis grauius auctoritate cõciliij in c. sacra approbante. c. venerabili de sentẽ. excõi. c. solet. c. venerabilibus. d. sed si ex causa. eo. ti. lib. 6. In quibus locis probatur, excõmunicationem etiam dubiam multò magis, si palàm sit iniqua remittendam esse per superiorem.

~~~~~

### De testamentarijs executoribus, Titulus. 3.

#### S Y M M A R I V M.

1. Executores testamentarij, in duplici sunt differẽtia,